

**www.e-rara.ch**

**Caii Crispi Sallustii quae exstant**

**Sallustius Crispus, Gaius**

**Turici, 1778**

**Zentralbibliothek Zürich**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-104967>

Cap. LIX.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

esse. Igitur equitatum omnem ad castra propere mittit, ac statim C. Marium cum cohortibus sociorum; eumque lacrumans *per amicitiam perque rempublicam obsecrat, ne quam contumeliam remanere in exercitu victore, neque hostis inultos abire sinat*: ille breui mandata efficit. At Iugurtha munimento castrorum impeditus, cum alii super vallum praecipitarentur, alii in angustiis ipsi sibi properantes obficerent, multis amissis, in loca munita sese recepit. Metellus, infecto negotio, postquam nox aderat, in castra cum exercitu reuertitur.

## CAP. LIX.

Igitur postero die, prius, quam ad obpugnandum egrederetur, equitatum omnem in ea parte, qua regis aduentus erat, pro castris agitare iubet: portas et proxima loca tribunis dispertit: deinde ipse pergit ad oppidum, atque, ut superiore die, murum adgreditur. Interim Iugurtha ex occulto repente nostros inuadit. qui in proximo locati fuerant, paulisper territi perturbantur: reliqui cito subueniunt. Neque diutius Numidae resistere quiuissent, ni pedites cum equitibus permixti magnam cladem in con-

gressu facerent. quibus illi freti, non, ut equestri praelio solet, sequi, dein cedere; sed aduorsis equis concurrere, implicare ac perturbare aciem: ita expeditis pedibus suis, hostis paene victos dare.

## CAP. LX.

Eodem tempore apud Zamam magna vi certabatur. Vbi quisque legatus, aut tribunus curabat, eo acerrime niti; neque alius in alio magis, quam in sese spem habere: pariter oppidani agere. oppugnare, aut parare omnibus locis: auidius alteri alteros fauciare, quam semet tegere. clamor permixtus hortatione, laetitia, gemitu: item strepitus armorum ad coelum ferri: tela vtrisque volare. Sed illi, qui moenia defendebant, ubi hostes paullulum modo pugnam remiserant, intenti praelium equestre prospectabant. eos, uti quaeque Iugurthae res erant, laetos modo, modo pauidos animaduorteres: ac, sicuti audiri a suis, aut cerni possent, monere alii, alii hortari, aut manu significare, aut niti corporibus, et huc, illuc, quasi vitabundi, aut iacientes tela, agitare. Quod ubi Mario cognitum est [nam is in ea parte curabat] con-